

exercitio tam in Urbe, quam in omnibus, & singulis Civitatibus prædictis, & alias ubique locorum, & gentium, necnon sessionum, & conventuum utuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, potiri, & gaudere poterunt quomodolibet in futurum, non solum ad eorum instar, sed pariformiter, & æque principaliter, ac si privilegia, facultates, exemptiones, gratiæ, & indulta hujusmodi pro vobis emanassent, uti, potiri, & gaudere, ac in omnibus, & singulis Apostolicis, aliisque Literis, Instrumentis, & Scripturis publicis, & privatis deinceps nomine vestro conficiendis Notarios, Comites, Equites, & Nobiles, ac de nobili genere ex utroque parente procreatos, necnon Romani, & aliarum Civitatum, & Terrarum Cives, prout libuerit, vos inscribere, & illis subscribere valeatis; ac pro veris, & non fictis Notariis, Comitibus, Equitibus, & Nobilibus, ac Civibus habeamini, nihilque qualecumque illud fuerit, cum iis subscriptionibus subreptitum, vel obreptitum, aut invalidum, sed illud idem efficax in omnibus censetur, necnon honoris causa insignia gentis nostræ, sive integre, sive cum vestris respectively composita gestare possitis, prout vobis placuerit, concedimus.

Eximuntur a Decimis, quibusque impositionibus, ea excepta pro auxilio contra Infideles.

§. 4. Et insuper vos, vestraque Beneficia, & Officia Ecclesiastica quæcumque, quotcumque, & qualiacumque, illorum fructus, res, & jura ubicumque locorum, Regnorum, & Provinciarum, necnon in Urbe, Civitatibus, Terris, & Locis eidem Romanæ Ecclesiæ mediate, vel immediate subjectis consentientia prædia, Domos, possessiones, & bona patrimonialia, aliaque temporalia mobilia, & immobilia, ac semoventia, necnon actiones, & jura præsentia, & futura, cujuscumque qualitatis, quantitatis, & nature, ac cujusvis etiam annui valoris, fructus, redditus, & proventus hujusmodi sint, vel fuerint, ac etiam quæcumque a vobis vendenda, ac pro vestris, ac familiarum vestrarum usus emenda, ab omnibus, & quibuscumque Decimis, quartis, & dimidiis partibus, subdiis, etiam charitativis, necnon vestigialibus, portoriis, tributis, datis, pedagiis, collectis, & quocumque alio nomine nuncupatis, angariis, perangariis, ceterisque oneribus, & contributionibus tam Urbanis, quam Rusticis ordinariis, & extraordinariis, realibus, personalibus, & mixtis, etiam ratione munitionum moenium, & pontium, portarum, & moliturarum, & mercium cujuscumque generis transitus, seu passus, & vecturæ, etiam in aliud Territorium, seu Provinciarum, Terra, Mari, & Flumine, necnon equorum mortuorum, stabulationum militum, institutionis Seminariorum Ecclesiasticorum, aut quæcumque alia quantumvis gravi, & gravissima causa (pro subventionem contra Infideles dumtaxat excepta) nunc & pro tempore impositis, ita quod vos, & quilibet vestrum, nihil omnino horum, aut aliorum similium subire teneamini, nec per Camera Apostolicæ, aut alios Commissarios, seu Vestigialium, & Tributorum hujusmodi Redemptores, Conductores, & Exactores quocumque privilegio, exemptione, & facultate suffultos alias quam, ut præertur valeatis coarctari (quandiu servitibus nostris insisteritis dumtaxat) eximimus, & liberamus.

Permittitur pluralitas Beneficiorum.

§. 5. Ad hæc vobiscum, & cum quolibet vestrum respectively, & quæcumque duo dissimilia, vel simplicia similia sub singulis tribus tectis quoruncumque trium Cathedralium, etiam Me-

tropolitanarum, aut aliarum, etiam Collegiatarum Ecclesiarum consentientia, etiam si unum ex illis omnibus cum cura, aut dignitas, etiam major, & principalis, Canonicatus, & Præbendæ, Personatus, administratio, vel Officium fuerit, & ad Dignitatem, Personatum, Administrationem, vel Officium hujusmodi consueverit quis per electionem assumi, eique cura etiam jurisdictionalis imminet animarum, si alicui vestrum alias canonicè conferantur, aut quicquid vestrum eligatur, præsentetur, aut alias assumatur ad illa, & instituat in eis, recipere, & dummodo illa omnia (uno excepto) personalem residentiam non requirant, insimul quoad vixeritis retinere.

Eximuntur a Residentia durante familiaritate.

§. 6. Necnon etiam quandiu Nobis inservieritis tantum in Beneficiis Ecclesiasticis, etiam curatis (non tamen parochialibus, nec curatis cura animarum Parochianorum) per vos pro tempore respectively obtentis, etiam de jure, statuto, fundatione, vel privilegio, personalem residentiam requirentibus, etiam si Dignitates in Ecclesiis Cathedralibus, etiam Metropolitanis post Pontificalem majores, & Collegiatis Ecclesiis hujusmodi principales fuerint, personaliter residere non teneamini, nec per locorum Ordinarios, aut Ecclesiarum earundem Capitula, seu quosvis alios ad residendum interim in illis invite compelli possitis, omnesque, & singulos nihilominus vestrorum Beneficiorum obceptorum fructus, redditus, & proventus durante servitio prædicto cum ea integritate (distributionibus quotidianis dumtaxat exceptis) cum qua illos perciperetis, si in eisdem Ecclesiis, sive Locis personaliter resideretis, percipere, exigere, & levare.

Facultas recipiendi Ordines extra tempora, & sine licentia.

§. 7. Ac interim, vel postmodum, si volueritis, in Romana Curia, vel extra eam a quocumque, quem malueritis, Catholico Antistite gratiam, & communionem ejusdem sedis habente, quem duxeritis eligendum, ad omnes, etiam sacros, & Presbyteratus Ordines aliquibus tribus Dominicis, vel aliis festis diebus, etiam extra tempora a jure statuta proprii Ordinarii, aut cujusvis alterius licentia desuper minime requisita, si alias ad id idonei reperti fueritis, super quo Antistitis conscientiam oneramus, promoveri, & promoti in illis etiam in Altaris ministerio ministrare.

Item audendi, & docendi Leges, causasque tuendi.

§. 8. Nec non, etiam si Presbyteri fueritis, ac dignitates, & Officia obtinueritis, leges, & jura civilia, etiam publice in scholis, & Universitatibus studiorum generalium ad quinquennium dumtaxat, dummodo trigessimam ætatis annum non excesseritis, audire, & si habiles, & sufficientes reperti fueritis, etiam ad Doctoratus gradum in hujusmodi facultate vos promoveri facere, jura etiam publice docere, atque Judicis, Advocati, & Procuratoris officium in Causis Ecclesiasticis, & civilibus tantum exercere libere, & licite possitis, & valeatis, auctoritate, & tenore prædictis de specialis dono gratiæ dispensamus.

Necnon eligendi Confessarium cum amplâ facultate.

§. 9. Liceat quoque Vobis, & cuilibet vestrum aliquem idoneum, & approbatum ab Ordinario secularem, vel cujusvis Ordinis regularem in vestrum eligere Confessorem, qui vita cujuslibet vestrum comite vos, & quemlibet vestrum a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure vel ab homine quavis

occa.

poenis a jure vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, & per vos incurtis, & quibus vos etiam Apostolica auctoritate illaqueari contigerit, etiam absolutio Nobis, & successoribus nostris Romanis Pontificibus pro tempore existentibus specialiter, vel generaliter reservata existat, & quoruncumque votorum, & Ecclesiæ præceptorum transgressionibus, homicidio casuali, manuum violentarum in quavis persona, etiam Ecclesiasticas, (non tamen Episcopos, vel alios superiores Prælatos) de præterito injectionibus, seu consilii, vel favoris ad id præstationibus, jejuniorum omissionibus (non tamen recitationis horarum Canoniarum, aliorumque Divinorum Officiorum) & denique ab omnibus, & quibuscumque aliis vestris peccatis, criminibus, & excessibus, ac delictis quantumcumque gravibus, & enormibus, etiam talibus propter quæ Sedes prædicta merito consulenda foret, videlicet a contentis in Literis die Cœnæ Domini publicari consuetis, semel tantum in vita, & mortis articulo; in reliquis vero dictæ Sedis quomodocumque reservatis, aliisque quibusvis casibus vestris diligenter auditis (sine tamen alicujus præjudicio) auctoritate Apostolica absolvere, & vobis pro commissis poenitentiam injungere salutarem, nec non vota quæcumque (ultra marino, visitationis liminum Beatorum Petri & Pauli Apostolorum, castitatisque, & Religionis votis dumtaxat exceptis) in alia pietatis opera commutare valeat.

Facultas transferendi Pensiones usque ad ducentos 300.

§. 10. Vobisque ulterius, & quicumque vestrum respectively, ut quicumque loci Ordinarii, vel Canonici Metropolitanarum, seu aliarum Cathedralium Ecclesiarum, aut personæ in Dignitate Ecclesiastica constituta tam in dicta Curia, quam extra eam ad id per vos respectively coram Notario, & testibus fide dignis eligendi, seu eligendæ quæcumque pensiones annuas vobis super mensuram Abbatialium, seu Capitularium ac Episcopialium, & Archiepiscopialium, ac quoruncumque Beneficiorum Ecclesiasticorum cum cura, & sine cura secularium, & quorumvis Ordinum, & Militiarum regulariorum, etiam Hospitalis Sancti Joannis Hierosolymitani, quomodocumque, & qualitercumque qualificatorum fructibus, redditibus, proventus, juribus, obventionibus, & distributionibus, etiam quotidianis, seu illarum loco fructus, redditus, proventus, jura, obventiones, distributiones, & emolumenta vobis nunc, & pro tempore assignata, & reservata, ac referenda pro summa videlicet trecentorum ducatorum auri de Camera quoad singulos vestrum, quomodocumque alicui vestrum respectively placuerit, simul, vel successive in toto, vel in parte, etiam in cujuslibet vestrum mortis articulo, cassare, & extinguere, ac postquam cassata, & extincta fuerint, alias similes pensiones annuas super eisdem fructibus, redditibus, proventus, juribus, obventionibus, & emolumentis, seu illarum loco fructus, redditus, proventus, jura, obventiones, distributiones, & emolumenta hujusmodi usque ad summam, & quantitatem prædictam uni, vel pluribus aliis personis etiam per vos nominandis, etiam quæcumque, quotcumque, & qualiacumque Beneficia Ecclesiastica obtinentibus, & expectantibus Clericis, seu clericali Characterem insigniti volentibus, etiam eis, quoad vixerint, seu eorum

Procuratoribus, ad id speciale ab eis mandatum habentibus, iisdem modo, & forma quibus vobis assignata, & reservata, seu assignata, & concessa fuerint respectively, etiam absque consensu eadem pensionesolvere debentium, etiam si illas, vel illa alias cassari, & reservari de novo faciendi facultatem non habueritis, ac pensiones, & fructus, redditus, proventus, jura, obventiones, ac distributiones, & emolumenta hujusmodi, etiam pluries cassata, & de novo assignata fuerint, usque ad summam, & quantitatem prædictam, etiam Literis Apostolicis super reservationibus, & assignationibus hujusmodi si non confectis, ac alias cum omnibus privilegiis, Decretis, clausulis, cautionibus, vinculis, obligationibus, & cautelis, ac etiam censuris, & poenis in prioribus reservationibus hujusmodi concessis, & contentis, necnon cum subrogatione in quibusvis vestris Juribus, etiam quoad quasi possessionem exigendi, in qua tunc eritis integre persolvendas, servata tamen forma Constitutionis sel. rec. Innoc. PP. XI. Prædecessoris nostri super translationibus pensionum editæ, reservare, constituere, & assignare valeant, auctoritate, & tenore prædictis de speciali gratia indulgemus.

Facultas transferendi usque ad 600 ducatos & sine solennitatibus.

§. 11. Nec non etiam vobis, ut de omnibus, & singulis domibus, prædiis, possessionibus, & locis, ac jurisdictionibus, ceterisque bonis mobilibus, & immobilibus, que tamen non sint Altaris, seu Altarium Ecclesiarum Vobis commissarum ministerio, seu alicui speciali earundem Ecclesiarum Divino cultui, seu usui deputata, seque moventibus, cujuscumque qualitatis, quantitatis, valoris, speciei, pretii, & conditionis existentibus, ac juribus, & actionibus ad vos ratione Ecclesiarum, etiam Cathedralium, & Metropolitanarum, quibus vos forsitan præesse contigerit, nec non Monasteriorum, Prioratuum, Prepositurarum, dignitatum, & aliorum quoruncumque Beneficiorum Ecclesiasticorum cum cura, & sine cura secularium, & quorumvis ordinum regularium, que etiam ex quibusvis concessionibus, & dispensationibus Apostolicis in titulum, commendam, administrationem, ac alias quomolibet obtinueritis, obtinetis, & obtinebitis, & fructuum, reddituum, & proventuum Ecclesiasticorum, loco pensionum annuarum super similibus fructibus, redditibus, proventus vobis reservatorum, & assignatarum, ac reservandorum, & assignandorum, quos, & quas perceperitis, percipitis, & percipietis in futurum, nec non emolumentorum quoruncumque Romanæ Curie Officiorum, & alias quomodolibet spectantibus, & pertinentibus, ac etiam de dictis proventus, fructibus, redditibus, & pensionibus annuis, nec non undecumque, licite tamen acquisitis, & acquirendis, ac alias etiam de muneribus, & officiis, que exerueritis, & vos exercere contigerit, & alias quavis occasione, vel causa, seu contemplatione ad vos perventis, & perventuris, etiam si in pecunia numerata, & jocalibus, gemmis, aliisque pretiosioribus rebus consistant, tam in dicta Curia, quam extra eam ubique locorum etiam penes Beneficia ipsa existentibus (quorum omnium qualitates etiam annuos valores, etiam si talia forent, que generali appellatione bonorum, & sepellestium non venient sed specialibus indigerent vocabulis, præsen-

C

ibus, ac si specificis, & sigillatim exprimerentur, & denominarentur, pro sufficienter expressis, ac declaratis haberi volumus) usque ad summam sex millium Ducatorum, auri de Camera pro unoquoque vestrum, ac etiam ipsis fructibus, redditibus, & proventibus, & pensionibus debitis, & debendis (servata tamen forma Constitutionum Apostolicarum jam editarum, & si quas deinceps edi contigerit super fructibus inexactis) jam cumulative, cum quibusvis aliis similibus, vel dissimilibus facultatibus habitis, & habendis, tam pro decentibus, & honestis impensis funebribus, quam etiam pro remuneratione illorum, qui vobis viventibus servaverint, etiam ultra servitii meritum, ac in vestrorum consanguineorum, & affinium quorumcumque locorum piorum favorem, & usum ac alias pro arbitrio, & voluntate vestris, & cujuslibet vestrum absolutis testari, & testamentis, & fiduciarum, legatis, donationibus, tam inter vivos, quam causa mortis, & aliis quibuscumque modis, & titulis, scriptura etiam minus solemniter, coram duobus vel tribus testibus, aut etiam cedula sola manu vestra scripta, vel subscripta, & alias in omnibus, & per omnia, prout, quomodolibet vobis videbitur, etiam in ipsa Curia, & in mortis articulo, etiam nulla facta mentione presentis vel aliarum vobis pro tempore concessarum similibus facultatum aut quod in vim illarum testari seu disponere velitis, & intendatis, semel iterum aut pluries disponere, statuere, & ordinare, itaut quicquid testatum, gestum, aut ordinatum, seu alias dispositum a vobis fuerit, etiam in vim simplicis distributionis, ac alias omni alio meliori modo valeat, servari debeat, ipsaque testamenta, codicilla, & dispositiones, ordinationes, legata, & statuta pluries, ac toties, quoties vobis videbitur moderari, limitare, ac etiam in totum revocare, & alia de novo condere libere, & licite valeatis, auctoritate Apostolica earumdem tenore presentium plenam, & liberam concedimus facultatem.

Inhibito in casu intestate successione, aut minus valide dispositio

§.12. Et insuper statuimus, & ordinamus, vobisque indulgemus, quod si vos ab intestato, & sine ulla, vel cum minus valida honorum, & rerum, ac fructuum, reddituum, & proventuum predictorum dispositione in dicta Curia, vel extra eam tam continua, quam interpolata inibi cujuslibet vestrum respective mansione, ac etiam extra Beneficia vestra, vel alia loca debita a vobis residentie personalis, ac etiam nulla subsistente causa ab humanis decedatis, omnia, & singula bona, res, & jura, etiam, ut praefertur qualificata, necnon spolia cujuscumque quantitatis, & valoris existentia, etiam ex predictis, & alias undecumque pervenientia ad Cameram Apostolicam, seu in dictis Beneficiis successores non pertineant, sed ad haeredes vestri sanguinis integre deveniant, & illis deficientibus inter familiares vestros arbitrio personae seu personarum, quas ad id scripto nominaveritis, distribuantur, nisi de alia dispositione, vel intentione vestra scripta etiam minus solemniter secus appareret, quam tunc velut efficacem ipsae personae, vel alii iudices, seu Executores omnino exequi, & adimplere, illique se conformare in omnibus, & per omnia debeant. Et nihilominus quaecumque hujusmodi testamenti, legata, donationes, dispositiones, & alia forsitan a vobis, etiam nulla,

vel minus sufficienti facultate suffulsi de hujusmodi bonis, juribus, & actionibus, fructibus, pecuniis, localibus, aliisque rebus supradictis, etiam in favorem Consanguineorum, & Affinium predictorum, & alias quomodolibet facta cum omnibus inde secutis, ac etiam ea, quae per vos in futurum fient, ex nunc, prout ex tunc & e contra pro dicta summa sex millium Ducatorum approbamus, & confirmamus, omnesque, & singulos Juris, & facti, ac solemnitatum omittarum, & omittendarum, necnon substantiales aliosque defectus quoscumque, si qui intervenerint, aut intervenerunt in eisdem, etiam tales sint, vel fuerint, quod specialis, specifica, & expressa de illis mentio presentibus habenda esset, supplemus.

Inhibito contra Percussores

§.13. Distinctius inhihentibus quibuscumque Archiepiscopis, Episcopis, aut aliis Ecclesiarum Praelatis, necnon Camerae praedictae Praesidentibus, & Clericis, ac eorum, necnon Fabricae Basilicae Principis Apostolorum de Urbe, ac Cruciatum Sanctae, & alii Collectoribus, & Subcollectoribus, ceterisque cujuscumque dignitatis, status, gradus, & conditionis existentibus, etiam quavis auctoritate, & potestate fungentibus, sub excommunicationis majoris, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis, ne Universitates, Collegia, ac loca, & legatarios haeredes, & personas, necnon testamentorum, voluntatum, & ordinationum hujusmodi executores praedictos directe, vel indirecte quovis quasto colore, vel ingenio molestare audeant, quoquo modo, vel perturbare.

Claufula

§.14. Ac decernentes praedicta omnia, & singula, praesentesque literas, & testamenta, donationes, legata, ordinationes, derogationes, dispositiones, & alia quaecumque necnon quae in praemissis facta sunt, aut fieri contigerit tam vigore presentis, quam etiam aliarum concessionum vobis factarum, & deinceps in genere, & in specie faciendarum cum inde secutis, & secuturis, etiam si vos intra Curiam, aut in quacumque alia Mundi parte extra Ecclesiam, & beneficia personalem residentiam requirantia qualitercumque qualificata per vos nunc, & pro tempore obtenta, etiam pro vestra sola voluntate, & nulla subsistente causa non residendi ab humanis recedere contigerit, sub Literis rec. mem. Pii Papae IV. praedecessoris nostri contra quoscumque Episcopos, Archiepiscopos, & alios Praelatos, necnon Parochialium Ecclesiarum Rectores, ceterosque residentie personali praedictae adstrictos extra illam quomodocumque decedentes septimo Kalen. Decembris Pontificatus sui Anno Quinto, aut alio veniori tempore emanatis, & sub quibuscumque aliis Constitutionibus, aut revocationibus, suspensionibus, limitationibus, modificationibus, Decretis, declarationibus Apostolicis, Cancellariae Apostolicae Regulis ex quibuscumque causis quantumcumque maximis, urgentibus, & inexcogitabilibus, etiam in favorem fidei, & divini cultus augmentum, ac consistorialiter etiam a Nobis, & Sede praedicta haecenus, vel nunc, & pro tempore factis, & editis minime comprehendi, sed semper ab illis excepta, & quoties emanata fuerint, toties in pristinum, & validissimum statum, & etiam sub posteriori data, etiam cum derogationibus, & clausulis, etiam derogationum derogatoriis, irritantibusque, & aliis Decretis per vos eligenda

apponendis, & latissime specificandis reposita, restituta, & plenarie reintegrata, & de novo concessa, validaque, & efficacia fore, necnon perpetua firmitate subsistere, suosque plenarios, & omnes effectus, quos de Jure, stylo, consuetudine, aut alias quomodocumque sortiri poterunt, ac vim veri, legitimi, jurati, stipulati, validi, & efficacis contractus inter vos ex una, ac Nos, & Cameram praedictam ex altera partibus habere, ac etiam per promotionem ad Ecclesiam Cathedralem, etiam Metropolitanam, aut translationem, vel aliam status, & personae vestrae mutationem cessare, nec per similes, vel dissimiles gratias vobis concessas, & concedendas confundi, sed ipsis cumulative in omnibus & per omnia uti, si quid in una ex facultatibus hujusmodi defecerit, per aliam suppleri debuerit, nec haeredes, legatarios, ac loca, ad quos, seu quae bona, jura, & actiones hujusmodi devenerint, vel quibus relinquuntur, aut executores praedictos ad tertiam, seu aliam eorum partem, quam etiam ex nunc vobis, ac locis, haeredibus, legatariis, ac donatariis praedictis liberaliter concedimus, & donamus, Camera, vel Fabrica, aut Beneficiis praedictis, etiam pro expeditione contra Infideles, & quibusvis aliis quantumlibet piis usibus solvendum, ac cum iis desuper componendum, vel vos ad aliam particularem licentiam, sive Indultum, aut confirmationem presentium a nobis, vel successoribus nostris Romanis Pontificibus petendum, aut impetrandum, vel etiam in alia simili gratia, seu confirmatione illius vobis quomodocumque concedenda, de praesenti mentionem aliquam, faciendam ullatenus teneri, nec ad id ullam unquam necessitate cogi posse.

Committitur Executio

§.15. Et sic in praemissis omnibus, & singulis per quoscumque Judices Ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, & ejusdem S. R. E. Cardinales, necnon pro tempore existentes dictae Camerae Camerarium, Praesidentes, & Clericos in quavis causa, & instantia, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & definiri debere; ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.16. Quo circa Venerabil. Fratribus nostris Ostien. & Portuen. Cardinalibus Episcopis, & dilecto filio Curiae Caesarum Camerae Apostolicae generali Auditori per Apostolica scripta mandamus motu simili, quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum per se, vel alium, seu alios praesentes literas, & in eis contenta quaecumque, ubi & quando opus fuerit, & quoties pro parte vestra desuper fuerint requisiti, solemniter publicantes vobisque in praemissis efficacis defensionis praesidio assistentes, faciant auctoritate nostrae easdem praesentes literas, & in eis contenta hujusmodi firmiter observari, ac vos illis omnibus pacifice frui, & gaudere, non permittentes vos per quoscumque quavis auctoritate fungentes contra earumdem presentium tenorem quomodolibet, indebite molestari, inquietari, vel perturbari, contradiatores quoslibet, & rebelles per sententias, censuras, & poenas Ecclesiasticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione postposita, compescendo, ac legitimis super habent, servatis processibus, censuris, &

poenas ipsas, etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis.

§.17. Non obstantibus praemissis, ac pia mem. Bonifacii Papae VIII. praedecessoris pariter nostri de una, & in Concilio Generali edita de duabus dietis, dummodo ultra tres dietas aliquis auctoritate presentium in iudicium non trahatur; necnon Lateranen. Concilii novissime celebrati de certo Notariorum numero, etiam si ad illum non dum deventum fuerit, cui pro hoc alias derogare non intendimus, ac de consensu praestando in pensionibus, & quibusvis aliis etiam per Nos, & Sedem praedictam editis, & in posterum edendis Cancellariae Apostolicae Regulis, ac stylo in similibus haecenus observato, ac recol. mem. Alexandri PP. VII. etiam praedecessoris nostri tertiam partem bonorum Ecclesiasticorum Camerae praedictae deberi inter alia disponente, necnon ejusdem Bonifacii Papae VIII. per quam concessiones fructus in absentia percipiendi sine praesentium fieri prohibentur, ac Pii Papae IV. praedecessoris pariter nostri de gratis qualemque interesse Camerae Apostolicae concernentibus in dicta Camera intra certum tunc expressum tempus praesentandis, & registrandis, ita quod praesentes in eadem Camera nullo unquam tempore registrari facere teneamini, ac similibus rec. mem. Urbani Papae VIII. etiam praedecessoris nostri de pensionibus alias translati iterum non transferendis, ac quorumvis aliorum Romanorum Pontificum praedecessorum nostrorum, & quibusvis aliis Apostolicis, ac in universilibus, Provincialibusque, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, necnon legibus, etiam Imperialibus, & municipalibus, tam Urbis, quam aliarum Civitatum, & Locorum, in quibusvis civis Originarii creati existitis, & quarumvis Ecclesiarum, Monasteriorum, Ordinum, & Hospitalis praedictorum, necnon quorumvis Collegiorum, & officiorum dictae Curiae, & Regnorum, Provincialium, & Urbis, ac aliarum Civitatum, & Locorum, ac Camerae praedictorum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, stabilimentis, usibus, & naturis, etiam si de illis servandis, & non impetrandis literis Apostolicis contra ea, nec etiam ab alio, vel aliis impetratis, aut alias quomodolibet concessis utendo vos per vos, vel procuratores vestros praesentibus forsitan haecenus, vel vos in posterum praestare contigerit juramentum, privilegii quoque, Indultis, & literis Apostolicis dictis Ecclesiis, Monasteriis, Ordinibus, & Hospitalibus, illorumque Praesulibus, seu Administratores, & Superioribus, ac Magistris, Praeceptoribus, Prioribus, Militibus, etiam Antianis, Capitulis, Conventibus, Civitatibus, & Locis, aliisque praedictis, ac illorum Communitatibus, Civitatibus, & Locis, aliisque personis, etiam particularibus, necnon Archiepiscopis, Episcopis, & aliis Ordinariis, etiam eisdem Cardinalibus, ac dictae Curiae, Officialibus, illorumque Collegiis, ac etiam Decimarum, & pedagogorum, Gabellarum, & onerum Exactoribus, & Appaltatoribus, & aliorum onerum Redemptoribus sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis

clausulis, ac irritantibus, & aliis Decretis per quoscumque Romanos Pontifices prædecessores nostros, ac etiam nos, & Sedem prædictam, etiam consistorialiter, ac de eorumdem Cardinalium consilio, etiam per modum statuti, & Constitutionis perpetuorum, ac motu, & scientia similibus, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, vel ad Imperatoris, Regum, Reginarum, Ducum, Marchionum, & aliorum Principum infantiam, seu illorum contemplatione in genere, vel in specie, ac alias quomodolibet, etiam iteratis vicibus concessis, etiam in eis, ac statutis, & stabilimentis prædictis, caveatur expresse, vel tacite, quod Urbis, nisi originariis Civibus Romanis, ac Civium eorumdem filius conferantur, quodque nonnullarum Ecclesiarum Beneficia nisi per personas illustres, vel nobiles, ac etiam originarios cives, aut alias certo modo in illis expresse qualificatos obtineri non possint, & nulli in civibus Urbis, ac Civitatum, Oppidorum, Terrarum, & Locorum huiusmodi admitti, seu illorum privilegia uti possint, nisi prius in dictis Civitatibus, Oppidis, Terris, & Locis per certum tempus habitaverint, seu etiam in illis bona etiam stabilia forsitan ad certum valorem ascendente possederint, quodque Præceptoræ, & alia Beneficia quæcumque dicti Hospitalis tam ex ejus institutione, quam ex stabilimentorum prædictorum dispositiones pensionibus Clericis secularibus, & aliis personis, etiam Apostolica auctoritate reservandis gravari non possint, quodque stabilimentis, & privilegiis prædictis, etiam vigore implicitæ derogationis latissime extendendæ, etiam per quascumque literas Apostolicas, & quavis etiam derogationum derogatorias, efficaciores, & insolitas clausulas derogari non possint, nec derogatum censetur, nisi derogatio huiusmodi de consilio Cardinalium eorumdem fiat, & tum demum Magistri, & Conventus prædictorum ad id accedat assensus, sintque literæ derogationis huiusmodi, etiam per dictum Magistrum subscriptæ, ac illi, & præfato Conventui per diversas in forma Brevis, aut alias literas diversis temporibus cum certis intervallis præsentatas intimatæ, & non alias, nec alio modo, & semper in omnibus, quæ sic sicut etiam de simili consilio derogationibus sit apposita clausula, quod illarum effectum fortiantur de consensu Magistrum, & Conventus prædictorum, & non alias, nec alio modo, quodque ipsi Exactores, & Appallatores Decimas, pedagia, & onera huiusmodi, etiam ab exemptis exigere, & illos ad solutionem, seu contributionem cogere, & compellere possint, seu debeant. Quibus omnibus illorum omnium tenores, ac si de verbo ad verbum infererentur præsentibus pro expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris hac vice dumtaxat in genere, & in specie, ac effectum præsentium sufficienter, & expresse derogamus, ac derogatum esse decernimus; Quodque vos primam non feceritis in Ecclesia huiusmodi personalem residentiam consuetam, cæterisque contrariis quibuscumque.

Adimplenda ante usum Notariatus.

§.18. Volumus autem quod antequam gratia creationis in nostros, & Sedis Apostolicæ Notarios vobis, ut supra facta perfrui valeatis, in manibus alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ professionem fidei juxta articulos pridem a Sede prædicta propositos expresse emittere, & solitum fidelitatis juramentum præ-

stare omnino teneamini.

§.19. Quodque præsentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides ubique adhibeatur in iudicio, & extra, quæ adhiberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

§.20. Cæterum volumus pariter, atque decernimus, ut illis ex vobis, quibus similes testandi de bonis, ac pensiones transferendi facultates a Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris, quorum respective etiam familiares, continui commensales erant, concessæ fuerunt, præfentes literæ quoad facultates testandi de bonis, & transferendi pensiones huiusmodi minime suffragentur.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die XII. Jan. MDCXC., Pontificatus nostri anno Primo.

IX.

Conceditur, ut Indulgentia Plen. perp. in Ecclesiis Minorum Conventualium die 2. Aug. applicari possit animabus Defunctorum.

Præfentes Literæ non suffragantur Prædecessorum Familiaribus.

Dat. 20. Jan. 1690. An. 1.

Similis concessio facta fuit ab Inn. XI Minoribus de Observ., & Reform. Const. ed. 1687, Jan. 22, P. 2. Necnon Capuccinis Const. ed. 1689, Maji 10, P. 13. alia Indulgentia Conventualium extant Inn. XI. Const. ed. 1680, Aug. 26, P. 4. Et Innoc. XII. Const. ed. 1695, Aug. 18, P. 5.

ALEXANDER PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Alias fel. rec. Clemens PP. X. prædecessor noster omnibus, & singulis utriusque sexus Christianidelibus vere poenitentibus, & confessis, ac sacra communione refectis, qui aliquam ex Ecclesiis Fratrum Ordinis Minorum S. Francisci Conventualium nuncupatorum, tam tunc erectis, quam imposterum quancumque erigendis & ubique locorum existentibus die 2. Mensis Augusti a primis vespere, usque ad occasum solis diei huiusmodi annis singulis devote visitassent, & ibi pro Christianorum Principum concordia, hæreticorum extirpatione, ac Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione piis ad Deum preces effudissent, plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino concessit, & alias prout in ipsius Clementis prædecessoris literis desuper in simili forma Brevis die 3. Octobris 1670. expeditis, quas perpetuis futuris temporibus valere voluit, uberius continetur.

Prædicta Indulg. concessa fuit a Clem. X.

§.1. Cum autem, sicut dilectus filius Antonius Fabozzi Procurator Generalis dicti Ordinis nobis nuper exponi fecit, Indulgentiam Plenariam, & peccatorum remissionem, ut præfertur concessam etiam animabus Christianidelium Defunctorum per modum suffragii applicari posse summopere desiderent. Nos piis ejusdem Antonii Procuratoris Generalis votis hac in re quantum cum Domino possumus favorabiliter annuere volentes auctoritate Nobis a Domino tradita plurimum in Domino consili, Indulgentiam ple-

Præces Procuratoris Gen.

Concessio applicacionis d. Indulg.

plenariam, & peccatorum remissionem Christianidelibus præfatis supradictas Ecclesias Fratrum Ordinis Minorum S. Francisci Conventualium, die secunda mensis Augusti, ut supra, visitantibus, & præmissa peragentibus concessam, etiam Christianidelium Animabus, quæ Deo in charitate conjunctæ ab hac luce migraverint per modum suffragii applicari posse, etiam perpetuo concedimus, & indulgemus. In contrarium facien. non obstantibus quibuscumque.

Clausula.

§.2. Volumus autem, ut earumdem præsentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides ubique locorum habeatur, quæ ipsis præsentibus haberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XX. Januarii MDCXC. Pontificatus nostri Anno Primo.

X

Dat. 21. Jan. 1690. An. 1.

Extenditur Senarius numerus Magistrorum ad duodenarium pro provincia Batava Eremitarum S. Augustini.

Similis extensio pro Provincia Peruana extat Inn. XI. Const. ad 1688, Jan. 22, P. 12. Et pro Provincia Quitensi hujus Pontificis Const. ed. 1690, April. 30. P. 1.

ALEXANDER PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

EX injuncto Nobis divinitus pastoralis sollicitudinis munere sacrarum, bonarumque literarum studia præsertim inter Christianifideles divinis obsequiis sub suavi Religionis Jugo addictos opportunis rationibus fovemus, & promovemus ac ut debitum virtuti honor rependatur, libenter providemus, sicut omnibus mature considerationis trutinâ perpensis rationi consentaneum esse in Domino arbitramur.

Species facti, & causæ Extensionis.

§.1. Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Joseph Guerrero de Torres Frater expresse professus, & Assistent Hispaniarum. Ordinis Fratrum Eremitarum Sancti Augustini, quod alias Capitulum Generale dicti Ordinis novissime in Alma Urbe nostra celebratum, in hærens decreto dudum a Congregatione tunc existentium S.R.E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositorum die 19. Novembris 1682. pro Provincia Peruana ejusdem Ordinis edito, in quo, attento, quod numerus Fratrum dictæ Provincie notabiliter exereverat, demandatum fuerat, ut in Capitulo generali Ordinis præfati nunc proxime celebrando, de numero magistrorum dictæ Provincie augendo ageretur, prout subinde Decreti huiusmodi vigore dictum Capitulum Generale Senarium ejusdem Provincie Magistrorum numerum ad duodenarium extendendum esse sancivit, præfataque extensio a fe. rec. Innocentio PP. XI. Prædecessore nostro per quædam suas in simili forma Brevis expeditas literas, approbata, & confirmata fuit, probeque considerans Capitulum generale præfatum, easdem plenarie rationes etiam in Provincia Batava

Ordinis supradicti, quæ copioso pariter Fratrum numero referta exiit sibi locum vindicare, de consensu Venerabilis Fratris nostri Paulii Episcopi Sabinen ejusdem S. R. E. Cardinalis de Alteriis nuncupati dicti Ordinis apud nos, & Sedem Apostolicam Protectoris, duodecim in posterum esse Magistros de numero dictæ Provincie Batavæ illius amplitudini, & aequitati maxime consentaneum censuit, si Noster, & hujus S. Sedis desuper consensus accederet; Nobis propterea dictus Joseph humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

Præces Assistentis Hispaniarum.

§.2. Nos igitur ejusdem Josephi votis hac in re quantum cum Domino possumus favorabiliter annuere volentes, eumque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, ut de cætero Senarius dictæ Provincie Batavæ Magistrorum numerus ad duodenarium, servata tamen in reliquis quo ad prædicti Ordinis Constitutiones, nec non consuetudines, & usus præfata Provincie Batavæ præscripta forma, augeatur, Apostolica auctoritate tenore præsentium concedimus, & indulgemus.

Extensio prædictæ.

§.3. Decernentes easdem præfentes literas semper firmas validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & spectabit inviolabiliter in futurum in omnibus & per omnia plenissime suffragari: Sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiti debere; ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clausula.

§.4. Non obstantibus re. me. Sixti V., & Clementis VIII. Romanorum Pontificum, etiam Prædecessorum nostrorum de Senario Magistrorum numero, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec non Ordinis, & Provincie Batavæ præfatorum, etiam Juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§.1. Volumus autem, ut earumdem præsentium Literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides tam in iudicio, quam extra illud ubique locorum habeatur, quæ ipsis præsentibus haberetur si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris die XXI. Januarii MDCXC. Pontif. nostri Anno Primo.

Dar. 9. Febr. 1690. An. 1.

XI. Praecipitur continuatio Visitationis Ecclesiarum, & Locorum Piorum Urbis. Indicta fuit nova Visitatio Apostolica ab Inn. XII. Const. ed. 1693, Jan. 11, P. 2.

ALEXANDER PAPA VIII.

Ad futuram rei memoriam.

Ab Alex. VII. Instituta fuit Congregatio Visitationis, & incepta Visitatio.

CUM felic. record. Alexander Papa VII. Praeceptor noster circa Pontificatus sui primordia Pastorem Cleri Romani, omniumque Almae hujus Urbis Ecclesiarum, piorumque locorum, & operum visitationem instituerit, eamque ipsemet in Patriarchalibus ejusdem Urbis Ecclesiis inchoaverit, ac sibi in eo munere Adjuutores nonnullos ex sacro venerabilium Fratrum Nostrorum tunc suorum S. R. E. Cardinalium Collegio delegerit, & assumpserit, eisque quosdam Romanae Curiae Praelatos, & alios subinde Cardinales adjunxerit, qui visitationem ipsam peragerent, & negotia illa concernentia expedirent, ac Secretarium, Judicem, Cancellarium, seu Actuarium, Commissarium, & Fiscalem, aliosque forsitan Officiales, & Ministros Sacrae Visitationis hujusmodi deputaverit, variasque eisdem Cardinalibus, ac eorum, & dictorum Praelatorum Congregationi, nec non Officialibus, & Ministris praefatis facultates, praerogativas, & alias prout in diversis ipsius Alexandri Praeceptoris Literis desuper in simili forma Brevis expeditas, quarum tenores praesentibus proplene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis haberi volumus, uberius continetur. Et (sicut accepimus) memorati quidem Cardinales, una cum Praelatis Coadjutoribus suis etiam recolenda memoriae Clementis IX., & Clementis X., ac Innocentii XI. Romanorum Pontificum Praeceptorum pariter nostrorum iussu visitationem hujusmodi tam in eisdem Patriarchalibus, quam in aliis Collegiatis, & fere omnibus Parochialibus Ecclesiis, ac in multis Monasteriis Regularium, tam Virorum, quam Mulierum, nec non Collegiis, Hospitalibus, Confraternitatibus, & aliis locis piis dictae Urbis postea profecuti fuerint, salutaribusque monitis, & Decretis, ubi opus fuerit, providebant: visitatio tamen ipsa in omnibus Ecclesiis, ac locis, & operibus piis praedictis nondum sit perfecta, sed multa negotia eam concernentia adhuc pendeant indecisa: hinc est, quod Nos pastoralis studio considerantes quantopere visitatio hujusmodi utilis, & necessaria sit non modo ad tollendos abusos, sed etiam ad praevendum, ne deinceps introducantur, quantumque boni eis ex illa haecenus provenerit, & benediciente Domino proventuram sit: si Visitatio ipsa continetur, ac in ea, quae ad Dei cultum, & gloriam animarumque salutem opportuna & conducibilia sunt, sicut haecenus factum est, in posterum quoque pie, prudenterque statuatur, Motu proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolicae potestatis plenitudine, memoratam visitationem continuari, causasque indecisas in Congregatione praedicta pendentes, prout aequitatis, atque justitiae ratio suaserit, terminari, Visitationes particularium Ecclesiarum, ac Locorum, & Operum piorum jam inchoata absolvi, nec non Ecclesias, ac loca, & Opera pia, tam huc

Et continuata fuit iussu aliorum Pontificum.

Causa ulterio- rit Continua- tiois.

Motu proprio praecipitur Continuatio.

usque visitata, quae iteratam Visitationem exposcere videbuntur, quam nondum visitata, visitari, ceteraque omnia, & singula visitationem hujusmodi quomodolibet concernentia fieri, geri, statui, & ordinari, & executioni demandari debere tenore praesentium decernimus, & mandamus. Ac omnes, & singulas facultates privilegia, gratias, praerogativas, praerogativas, & Indulta quaecumque praefatis Cardinalibus, & Praelatis, eorumque Congregationi, necnon omnibus, & singulis Officialibus, & Ministris praedictis a memoratis Alexandro, & Clemente IX., & Clemente X., ac Innocentio XI. Praeceptoribus per suas respective Literas desuper emanatas quovis modo concessa, & attributa per obitum eorumdem Praeceptorum minime cessasse, nec cessare, sed in suis robore, & firmitate permanere, omnibusque, & singulis praefatis respective adhuc competere, & suffragari debere decernimus pariter, & declaramus. Et quatenus opus sit facultates, privilegia, gratias, praerogativas, praerogativas, & Indulta hujusmodi eisdem Cardinalibus, & Praelatis, eorumque Congregationi, ac Officialibus, & Ministris praedictis in omnibus, & per omnia prout eis respective a memoratis Alexandro, ac Clemente IX., & Clemente X., ac Innocentio XI. Praeceptoribus concessa, & attributa fuerunt, motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus denuo concedimus, tribuimus, & impertimur.

Confirmantur & innovantur facultates, & privilegia d. Congregationis.

§.1. Decernentes easdem praesentes Literas, & in eis contenta quaecumque, etiam ex eo, quod quicumque in praemissis, seu eorum aliquo interesse habentes, seu habere quomodolibet prentendentes, cujuscumque status, gradus, Ordinis, praerogativae, & dignitatis existant, etiam Cardinalatus honore fulgentes, aut alias specifica, & individua mentione, & expressione digni, illis non consenserint, nec ad ea vocati, citati, & auditi, neque causa, propter quas praesentes emanarunt, adducta, verificata, vel justificata fuerint, aut ex alia quacumque quantumvis justa, pia, & privilegiata causa, colore, pretextu, & capite, etiam in Corpore Juris clauso, etiam enormis, enormissima, & totalis laesionis nullo umquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostra, aut interesse habentium consensus, aliove quolibet, etiam quantumvis magno, & substantiali, ac individua expressionem requirente, defectu notari, impugnari, invalidari, infringi, retractari, ad terminos juris reduci, seu in controversiam revocari, aut adversus illas aperi-tionis oris, restitutionis in integrum, aliudve quodocumque Juris, facti, vel gratiae remedium impetrari, vel intentari, seu impetrato, aut etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus concessa, vel emanato quempiam in Judicio, vel extra illud uti, seu se juvare posse, sed ipsas praesentes Literas firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & spectabit in futurum plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari.

Clausula.

§.2. Sicque, & non aliter in praemissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, necnon ejusdem S. R. E. Cardinales, etiam de

La.

Late Legatos, & alios quoslibet quacumque praerogativa, & potestate fungentes, & functiones, sublata ejus, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.3. Non obstantibus praemissis, ac omnibus, & singulis illis, quae memoratus Alexander Praeceptor in suis Literis supra dictis voluit non obflare, ceterisque contrariis quibuscumque.

§.4. Volumus autem, ut eorumdem praesentium Literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in Ecclesiastica dignitate constitutae munitis eadem prorsus fides ubique locorum tam in Judicio, quam extra illud habeatur, quae haberetur ipsis praesentibus, si forent exhibitae, vel ostensa.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem, sub Annulo Pisc. IX. Febr. MDCXC. Pontificatus Nostri Anno Primo.

XII.

Dar. 22. Febr. 1690. An. 1.

Statuitur ut Clerici Congregationis Scholarum Piarum utantur Calceis, & Tibialibus.

Oppositum praecipiebatur in Constitutionibus, quod confirmatum fuerat ab Alex. VII. Constitut. ed. 1660, Apr. 28, P. 6. De aliis privilegiis hujus Congreg. vide Inn. XI. Constit. ed. 1686, Sept. 3, P. 10. & Alex. VIII. Constit. ed. 1691, Jan. 23, P. 2.

ALEXANDER PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Juxta Constitutiones incedere debebant denudatis pedibus: Quod confirmatum fuit ab Alex. VII., & Clemente IX.

CUM, sicut accepimus, per Constitutiones Congregationis Clericorum Regularium pauperum Matris Dei Scholarum Piarum Apostolica auctoritate confirmatas expresse disponatur, quod Clerici Congregationis praefatae pedibus discalceatis incedere debeant: ac fel. record. Alexander VII. Praeceptor noster per quasdam in simili forma Brevis die 28. Aprilis 1660. expeditas literas, quarum tenorem praesentibus pro expresse haberi volumus Institutum hujusmodi inviolate servari praeciperit: subinde vero rec. mem. Clemens Papa IX. etiam Praeceptor noster per suas pariter in forma Brevis die 23. Octobris 1669. expeditas literas, quarum tenorem praesentibus itidem haberi volumus pro expresse, supra dictas Alexandri Praeceptoris literas inconcussae observari mandaverit: verum, experientia compertum fuerit, morem hujusmodi pedibus denudatis incedendi plurimum eorumdem Clericorum valetudini obesse, aliaque exinde incommoda in laudabilium praefatae Congregationis Institutum perniciem resultare, adeo ut dictae Congregationis Superiores Calceorum usum plerique ipsius Congregationis Clericis pro conservatione eorum sanitatis, sive ob alias rationabiles causas frequenter permittere cogantur, atque inde aliud ulterius in Congregatione supra dicta omnimode in usu vestium, conformitati tantopere in familiis regularibus commendatae praerogativae inferatur.

Causa novi Statuti.

§.1. Hinc est, quod nos audita super praemissis dilecti filii nostri Gasparis S. R. E. Presbyteri Cardinalis Carpinei nuncupati in Alma Urbe Vicarij in spiritualibus Generalis, & dictae Congregationis apud nos, & Sedem Apostolicam Protectoris relatione in eisdem praemissis opportune providere volentes, motu proprio, & ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolica potestatis plenitudine, ut de cetero omnes, & singuli memoratae Congregationis Clerici ubique locorum calceati incedant, ita tamen, ut calcei sint nigri coloris humilitatem, & simplicitatem praesferentes, ac proxi sine oculis, & clausi, non alio, quam coraeo ejusdem nigri coloris ligamine adstringendi, ac prominentiori Calcaeo carentes: Tibialia vero non nisi ex lana nigri pariter coloris permittantur, tenore praesentium perpetuo statuimus, & ordinamus.

Statutum. praed. de certis calceis, & tibialibus.

§.2. Decernentes easdem praesentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, ac illis ad quos spectat, & pro tempore spectabit plenissime suffragari, & ab illis respective inviolabiliter observari: sicque in praemissis per quoscumque Judices ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere: ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clausula.

§.3. Non obstantibus praefatis Alexandri, & Clementis Praeceptorum literis, aliisque Ordinationibus, & Constitutionibus Apostolicis, necnon d. Congregationis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores praesentibus proplene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§.4. Volumus autem, ut praesentium transumptis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in Ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem prorsus fides in Judicio, & extra adhibeatur, quae praesentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitae, vel ostensa.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem, sub Annulo Pisc. die XXII. Febr. MDCXC. Pontificatus Nostri Anno Primo.

XIII.

Confirmantur Votum Congregationis particularis, & Chirographum super restitutione fructuum Vice-Cancellario, & Summatori.

Dar. 15. Mar. 1690. An. 1.

Ab Inn. XI. Constit. ed. 1679, Decem. 14, P. 4. segregata fuere Officia vacabilia ab officio Vice-Cancellarii. Et ab Inn. XII. quampures Camerarii redditus aliis adscribuntur Constit. ed. 1705, Augusti 13, P. 9.

A. E.

Exordium.

Credite Nobis divinitus dispensationis ratio postulat ut iis, qui in sublimioribus Ecclesiarum, praesertim Romanae Curiae dignitatibus constituti alii praesidere noscuntur, pro munerum, quae sustinent dignitate necessaria, competentium reddituum deesse non sinamus subidia.

Ab Innoc. XI. iterum concessa fuerit. Camerae Apostolicae Vocabilia.

S.1. Dudum siquidem cum alias felic. record. Innocentius Papa XI. praedecessor noster occasione vacationis officii Vice-Cancellariatus S. R. E., quod bon. mem. Franciscus Episcopus Ostien. eiusdem S. R. E. Cardinalis Barberinus nuncupatus dum viveret obtinebat per obitum dicti Francisci Cardinalis tunc non ita pridem sequutum omnia, & singula Officia vacabilia, quae antea ad Sedis, & Camerae Apostolicae dispositionem, tunc vero, & rec. mem. Sixti IV., Leonis X., Pauli III., ac Sixti V., & forsitan aliorum Romanorum Pontificum praedecessorum nostrorum concessione ad dictum Vice-Cancellariatus officium, seu ad liberam illud pro tempore obtinentis dispositionem pertinebant, ab ipso Vice-Cancellariatus officio dismembrasset, & separasset, illaque omnia, & singula sic, a dicto officio dismembrata, & separata dum ipsa deinceps vacarent Sedis praedictae, suaeque, & suorum successorum Romanorum Pontificum dispositioni omnimode in perpetuum restitisset, prout in Cedula Motus eius proprii desuper sub Datum Decimo nono Kal. Januarii Anno Pontificatus quarto expediti plenius continetur; Et subinde Idem Innocentius praedecessor Montem Vacabilem Religionis nuncupatum duorum millium, Locorum erexisset, & instituit, & septies mille quadringenta septuaginta duo scuta Monetae annua ex fructibus dicti officii Vice-Cancellariatus, & officii Summatoris Literarum Apostolicarum, quod per eiusdem Francisci Cardinalis obitum tunc etiam vacabat fructibus accipienda in partem Dotis dicti Montis vacabilis assignasset, prout in ejus Chirographo desuper die 12. Februarii 1686. confecto etiam plenius continetur atque ex his antiqui Scriptorum Vice-Cancellarii, & Summatoris officiorum redditus, & proventus ita dimiuti remansissent, ut non modo ipsorum Vice-Cancellarii, & Summatoris officiorum praesentia, sed & necessariis tantorum munerum oneribus plane impares reperirentur.

Item ex fructibus Vice-Cancellarii Summatoris instituta fuit dos Montis Religionis.

Causa Restitutionis praedictae omnium.

Concessio Vice-Cancellariatus, & Summatoris Cardinalis Orthobono.

Institutio memoratae Congregationis.

Nos in Consistorio nostro secreto die 14. Novembris 1689. habito, in quo officia Vice-Cancellarii, & Summatoris praedicta adhuc tunc, ut praefertur, vacantia dilecto filio nostro Petro eiusdem S. R. E. Cardinali Orthobono nuncupato nostro secundum carnem ex fratre Germano Pro-Nepoti de Venerabilium Fratrum nostrorum dictae S. R. E. Cardinalium consilio, & assensu concessimus, cum diminutioni reddituum, & proventuum officiorum huiusmodi providere, cuperemus, id nos non nisi de consilio particularis Congregationis virorum Doctrina, Pietate, ac Prudentia praesentium ex dictis fratribus nostris pro re huiusmodi examinanda per nos deputandorum agere velle declaravimus, illud profecto dumtaxat, quod aequitati, & honestati consu-

num esse visum fuisset ea in re decreturi, quamobrem postea pro huiusmodi negotio discutendo, scilicet an, & quo pacto praenarrata fructuum, & reddituum incongruentiae consulendum esset, Venerabiles Fratres nostros Alderanum Episcopum Ostiensem Cybum, Flavium Episcopum Portuensem, Chisium, & Palutium Episcopum Sabinen. de Alteriis, necnon dilectos pariter filios nostros Gasparem de Carpineo, & Fulvium Astalium dictae S. R. E. Cardinales deputavimus, quae sane particularis Congregatio, negotio mature, & attente examinato, cum fuisset in voto tenoris sequentis, videlicet. Fuit in unanimi voto, quod firma interim remanente dismembratione, & separatione a praedicto Cancellariatus officio, necnon assignatione, & incorporatione Sedi Apostolicae officiorum vacabilium sigillatim expressorum in motu proprio praedicti Innocentii XI. sub datum apud Sanctum Petrum Decimo nono Kal. Januarii Anno Quarto, restituantur praedictis officiis Cancellariatus, & Summatoris literarum Apostolicarum, si Sanctitati Suae placuerit omnes, & quicumque fructus, proventus, obventiones, & redditus vigore Chirographi per eundem san. mem. Innocentium XI. signati sub die 12. Februarii 1684. a praedictis Officiis dismembrati, & in parte in Dotis Montis vacabilis Religionis nuncupati assignati, constituta tamen eidem Monti alia Dote usque ad illius extinctionem juxta modum, & formam a Sanctitate Sua praescribendam, Romae die 8. Decembris 1689. B. Electus Hierosolymitanus Datarius. Hoc cum supra dictae Congregationis votum nobis placuisset, nos juxta id fieri mandavimus, modumque, & formam, quibus exequendum demandaretur praescripsimus, prout pariter continetur in nostro desuper confecto Chirographo tenoris, qui sequitur videlicet.

Voti d. Congregationis.

Approbatio relati Voti.

Chirographo, in cuius di nuovo si riferisce il detto in qui.

S.2. Monsignor Giuseppe Renato Imperiali nostro Tesoriere Generale, essendo sino dall' anno 1679. per la morte della bon. memor. del Cardinal Francesco vacati gl' Offizj di Vicecancelliere della Santa Romana Chiesa, e di Sommatore delle Lettere Apostoliche, la santa memoria d' Innocentio XI. con suo moto proprio dell' 19. Gennaro 1680., o altro più vero tempo dismembrò dal Vicecancellariato la facoltà di potere liberamente disporre di molti Offizj vacabili, che da diversi Pontefici gl'erano stati assegnati, e da Sisto V. confermati, ed anco di nuovo concessi, e gl'uni, ed assegnò alla Sede, e Camera Apostolica; ed a se, ed alli Romani Pontefici suoi Successori, alli quali volse, che per l'avvenire spettassero, ed appartenessero pienamente, stimando che in detto Offizio di Vicecancelliere resterebbe sufficientemente, e congruamente provvisto con gl'altri emolumenti soliti godersi da chi l'esserà, secondo il modo da prescrivere da lui nella collazione del detto Offizio, quale però non ha mai conferito, nè dato alcuno provvedimento, ma insieme coll' Offizio di Sommissa e restato vacante sino alla sua morte, bensì con suo Chirografo dell' 10. Gennaro 1680. deputò il Dott. Antonino di Fiore, che sopra intendesse, che li frutti, emolumenti, regalie, ed utili delli detti Offizj di Vicecancelliere, e Sommissa venissero fedelmente depositati nel Monte di Pietà di Roma a sua disposizione, e successivamente con altro Chirografo dell' 12. Febraro 1684. avendo eretto il Monte della Religione vacabile di frutto di scudi

di cinque per luogo, con condizione, che in caso di vacanza, non dovessero più venderli, ma per la rata vacante restasse soppresso, ed estinto, fra l'assegnamenti, che diede al detto Monte per pagare i frutti, ordinò che le rendite, e proventi, che si cavano dalli detti Offizj di Vicecancelliere, e Sommissa, si pagassero al detto Monte Religione, ed al suo Depositario scudi settemila quattrocento settanta due annui ogni Bimestre la rata, quali però andassero diminuendo di mano in mano, sinche succedeva la vacanza, e rispettivamente soppressione di qualche partita di detti Monti, ed a proporzione con gl'altri assegnamenti di detto Monte. Ed avendo Noi, dopo assonti al Pontificato considerato non essere conveniente, che questi Offizj così importanti della Sede Apostolica, restassero più lungo tempo vacanti, gl'abbiamo conferiti all' Eminentissimo Cardin. Ottobuono nostro Pronepote, ed acciò abbi una congrua e sufficiente provvisione, già che il nostro Antecessore non gl' ha prescritto alcuna forma, come intenzion di detto Moto proprio, abbiamo deputato una Congregazione di più Reverendissimi Cardinali per sentire il loro parere, se convenga, che restino gl' Offizj vacabili sopradetti in quella forma dismembrati, o pure se debbano riunirsi al detto Offizio di Vicecancelliere, e così si debbano riunire all' Offizj di Vicecancelliere, e Sommissa tutte l'altre entrate, e con quali modi, e forma possa ciò praticarsi, qual Congregazione, avendo esaminato accuratamente il negozio sotto li 10. Decembre passato unanimamente risolvè di riferirci esser suo sentimento, che restando ferma la dismembratione dal predetto Offizio di Vicecancelliere, e l'assegnamento, ed incorporazione alla Sede, e Camera Apostolica dell' Offizj vacabili contenuti nel Moto proprio sopra espresso d' Innocentio XI., se così a Noi parerà, si restituischino alli detti Offizj di Vicecancelliere, e Sommissa intieramente tutti li frutti, proventi, rendite, ed emolumenti, che in vigore del Chirografo di detto Innocentio XI. delli 12. Febraro 1684. furono da quelli dismembrati, ed assegnati al Monte Religione vacabile, in parte della sua Dote, ed assegnamento per il pagamento de' frutti, sino alla sua estinzione, in quel modo, e forma, che a Noi parerà di prescrivere, come più amplamente nel Decreto, che attorno a ciò ne ha fatto, ed essendo a Noi piaciuto questo sentimento della Congregazione, vogliamo che gli si dia esecuzione nel modo in fra scritto. Perciò di nostro Moto proprio, certa scienza, e pienezza della nostra Potestà Apostolica, avendo qui per espresso a sufficienza il Moto proprio d' Innocentio XI. della dismembratione del Vicecancellariato dall' Offizj vacabili, e l'assegnazione, ed unione alla Sede, e Camera Apostolica, l'assegnamento al Monte Religione delli scudi settemila quattrocento settanta due moneta annui dell' entrate del Vicecancelliere e Sommissa, la somma, che al presente, si paga al detto Monte per le vacanze seguite, la vera somma dell'altre entrate, proventi, ed emolumenti delli medemi Offizj, ed ogni altra cosa necessaria da esprimersi, restano ferma la dismembratione degl' Offizj vacabili dal Vicecancellariato, e rispettivamente l'assegnazione alla Sede e Camera Apostolica, come si dispone nel detto Moto proprio, sgraviamo, liberiamo, ed assolviamo li detti Offizj di Vicecancelliere, e Som-

Si lascia nel suo vigore il Dismembramento degli Offizj Vacabili, se restituiscono li frutti dal Vicecancellariato, e Sommissa.

missa, e le loro Entrate, emolumenti, e proventi dal giorno, che da noi furono conferiti li detti Offizj al detto Reverendissimo Cardinale Ottobuono dal peso, ed obbligo di pagare al Monte Religione vacabile li scudi settemila quattrocento settantadue annui assegnatili da principio, o quella somma, che li paga al presente, o che li farebbe dovuta in avvenire, a proporzione della diminuzione causata dalle vacanze, e soppressioni di detto Monte, in maniera, che li detti Offizj, e le loro Entrate, e proventi, ed emolumenti ne restino affatto sgravati, liberati, ed assoluti, e non siano più obbligati a pagare per questo conto cosa alcuna, nè a detto Monte, e suoi Montisti, nè al suo Depositario pro tempore, ma tutte le dette Entrate, proventi, ed emolumenti dismembrati in detto Chirografo siano, e restino liberi, e franchi del detto Reverendissimo Cardinale Ottobuono moderno Vicecancelliere, e Sommissa, e de' suoi Successori in detti Offizj, come erano avanti l'assegnazione fatta per detta somma di scudi settemila quattrocento settantadue al detto Monte, e come se la detta assegnazione non fosse stata mai fatta, e per l'assegnamento, che manca al detto Monte di detti scudi settemila quattrocento settantadue, o della somma, che se gli paga adesso, o pure se gli dovrà pagare in avvenire diminuita a proporzione della vacanza, vogliamo, che gli si pagato dalla nostra Camera, alla quale addossiamo, ed imponiamo il peso di pagare la somma, che di mano in mano gli sarà dovuta, sinche durerà il detto Monte, senza speranza di esserne rimborsata dalli detti Offizj di Cancelliere, e Sommissa, o dalle sue Entrate, proventi, ed emolumenti, o da Possessori di detti Offizj, qual pagamento vogliamo, che si facci con altre Entrate della nostra Camera non assegnate ad altri Monti, che voi stimare più opportuno, e per l'esecuzione delle cose sudette commettiamo a voi, che diate tutti tutti quell' ordini, spediate mandati, e facciate tutte quelle spedizioni, che saranno necessarie, ed opportune, che Noi col presente ve ne diamo piena, e libera facoltà in ampia forma, e così eseguirete, che tale è mente, e volontà nostra, espresa, volendo, e decretando, che il presente nostro Chirografo da ammettersi, e registrarsi in Camera alla forma delle Costituzioni Apostoliche vaglia, ed abbia il suo pieno effetto, esecuzione, e vigore, e non possa mai opporveli d'obrezione, subrezzione, o difetto della nostra volontà, ed intenzione, nè di qualsivoglia altro vizio, o difetto sostanziale, e formale, o di nullità per qualsivoglia capo, nè possa mai essere rivoacato, o ridotto ad viam furis, ma debba sempre, irrevocabilmente osservarsi dalla nostra Camera, e suoi Ministri, e così debba sempre giudicarsi da qualsivoglia Giudice, e Tribunale nessuno escluso, togliendo noi a tutti, ed ad ogn'uno di essi la facoltà, ed autorità di risolvere, decidere, e giudicare in contrario, irritando, ed annullando tutto ciò, che in qualsivoglia modo si risolvesse, decidesse, o giudicasse in contrario, ancorchè non siano stati sentiti il Commissario della nostra Camera, i Ministri del Monte Religione vacabile, e suo Depositario, ed ogn'altro, che in qualunque modo ne avesse, o potesse avere interesse, non ostante l'Erezione del Monte Religione vacabile, l'assegnamento di detti scudi settantamila quattrocento settantadue dell' Entrate sudette

Si obbliga la Camera a pagare al detto Monte li frutti restituiti.

Le Clausole

per il pagamento de' suoi frutti, le Costituzioni di Simmaco, Gregorio IX., Alexandro VI., Paolo II., e Paolo IV., ed altri Pontefici nostri predecessori de rebus Camera non alienandis, la Regola de jure quaesito non tollendo, e qualsivoglia altra Costituzione, ed Ordinazone Apostolica nostra, e de' nostri Antecessori, qualunque Decreto, statuto, uso, stile, e consuetudine, e qualsivoglia altra cosa, che in qualunque modo faceffe in contrario, alle quali tutte, e singole cose, avendo il loro tenore qui per espresso, per questa sola volta, ed a quest' effetto deroghiamo. Dato nel nostro Palazzo Apostolico di Monte Cavallo questo dì 28. Gennaio 1690. = Alexander Papa Octavus.

§.3. Hinc est, quod nos firmiori praemissorum robori, & efficaciam nostras literas, quas sub plumbro expediti iri in nostris concessionibus praedicti Vice-Cancellariatus Officii dicto Petro Cardinali, ut praefertur, factae literis innuimus, seu significavimus providere volentes, ac Motus proprii, & Chirographi praedictorum ejusdem Innocentii praedecessoris tenores, & datas, etiam veriores, aliaque quaecumque, etiam specificam, & individuum mentionem, & expressionem requirentia praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, & insertis, ac exactissime specificatis habentes, Motu simili, & ex certa scientia, & matura deliberatione, meraque liberalitate nostris, deque Apostolicae potestatis plenitudine, praesertim Votum dictae Congregationis, & Chirographum nostrum subinde in plena Camera die trigesima Januarii currentis Anni exhibitum, & die decima Februarii ejusdem Anni admittimus, & registratum cum omnibus, & singulis in eis contentis, & inde secutis quibuscumque, tenore praesentium confirmamus, & approbamus, ac nos rata, grataque habere declaramus, illique inviolabilis, & Apostolicae firmitatis vim, robor, & efficaciam adjicimus, ac omnes, & singulos juris, & facti, & solemnitatum quarumcumque tam ex juris communis, & Constitutionum Apostolicarum, necnon Decretorum etiam Cameralium, & Consistorialium, & Camerae, & Cancellariae, & Summatus Officiorum hujusmodi, aliorumque quorumvis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis alia firmitate roboratorum, statutorum, & consuetudinum, praescripto, ac de stylo, & usu, seu alias quomodolibet in similibus, & de necessitate observandarum, & alios quoscumque, etiam quantumvis magnos, & formales, ac substantiales, & inexcogitatos, quam inexcogitabiles defectus, etiam si tales sint, ut non nisi facta eorum specifica mentione sanari possint, si qui in eisdem praemissis, vel eorum aliquo principaliter, vel accessorie, antecedenter, concomitanter, vel subsequenter, seu alias quovis modo intervenerint, seu intervenisse dici, censeari, vel pretendi possent plenissime, & amplissime supplementum, & sanamus, ac penitus, & omnino tollimus, perimus, & abolemus.

§.4. Decernentes easdem praesentes literas, ac in eis contenta quaecumque, etiam ex eo, quod quicumque Ministri, & Officiales dictae Camerae nostrae Apostolicae, & alii cujuscumque gradus, ordinis, praeminentiae, & dignitatis existant, seu alias specifica, & individua expressione digni in eisdem praemissis interesse habentes, seu habere pretendentes illis non confenserint, nec ad ea citati, vocati, & auditi, neque causa propter quas

Confirmatio
relati Voti, &
Chirographi.

Omnes defectus
supple-
tur.

Clausula.

praesentes emanaverint adductae, specificatae, & justificatae fuerint, & ex alia quacumque quantumvis justa, pia, legitima, & privilegiata causa, colore, praetextu, & capite, etiam in corpore, juris clauso, de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostrae, aut interesse habentium consensus, alioque quomodolibet, & quantumvis magno, & substantiali, ac inexcogitato, & inexcogitabili, individuumque expressionem requirentem defectu notari, impugnari, modificari, limitari, infringi, retractari, injus, vel controversiam vocari, aut ad terminos juris reduci, seu adversus illas aperiitionis oris, restitutionis in integrum, aliudve quodcumque juris, facti, gratiae, vel iustitiae remedium intentari, vel impetrari, seu impetrato, aut etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus concessio, vel emanato in iudicio, vel extra illud uti, seu se juvare posse, sed easdem praesentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac eisdem Petro Cardinali, & Summatoris Officii successoribus in omnibus, & per omnia plenissime, & validissime suffragari.

§.5. Sicque, & non aliter in omnibus, & singulis praemissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam ejusdem S. R. E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, ac Nuncios, necnon causarum Palatii Apostolici Auditores, ac dictae S. R. E. Camerae, necnon praedictae Camerae Apostolicae Clericos, Praesidentes, Thesaurarium Generalem, Commissarium, & alios Officiales, ceterosque quoscumque, etiam quavis auctoritate, potestate, & praeminentia fungentes, & functiones, sublati eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate iudicari, & definiri debere; ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.6. Non obstantibus praedicti dicti Innocentii praedecessoris Chirographo, necnon quatenus opus sit de jure quaesito non tollendo, aliique Juris, & dictae Cancellariae Regulis, & pia mem. Simmaci, Gregorii IX., Alexandri VI., Pauli II., & Pauli IV., & aliorum Romanorum Pontificum praedecessorum nostrorum de rebus Ecclesiae, Camerae, & Sedis hujusmodi non alienandis, & alienatis recuperandis, & sa. mem. Pii PP., etiam Quarti similiter praedecessoris nostri de gratis quaecumque interesse dictae Camerae concernentibus in eadem Camera infra certum tunc expressum tempus exhibendis, & registrandis, ita ut praesentes literas ibidem exhiberi, & registrari numquam necesse sit, aliique quibusvis Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, etiam in Synodalibus, Provincialibus, Universalibus, & Generalibus Conciliis editis, vel edendis specialibus, vel generalibus, ac Cancellariae, & Camerae praedictarum, aliique quibuscumque, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, & Decretis Cameralibus, & Consistorialibus, privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis, etiam Camerae, & Cancellariae praedictis, ejusque Collegiis, eorumque Ministris, & Officialibus, aliique personis sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac etiam derogatoriis derogatoriis, aliique efficacioribus,

ribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, ac irritantibus, & aliis Decretis, etiam Motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus, etiam Consistorialiter, & alias quomodolibet in contrarium eorumdem praemissorum concessis, confirmatis, & pluries approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si de illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia ex qua sita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata, exprimerentur, & infererentur eisdem praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse, Motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus derogamus, & derogatum esse volumus, eaque omnia, quae eisdem praemissis obesse, aut eorum executionem, & effectum retardare possent, omnino tollimus, & abrogamus, & pro sublati, & abrogati haberi volumus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicae millesimo sexcentesimo nonagesimo Idibus Martii, Pontificatus nostri Anno Primo.

XIV.

Conceduntur Indulgentiae Christianis in Indiis existentibus, & Presbyteris Societ. Jesu facultates plurimae impertiantur.

Alia Indulgentia Societ. Jesu extant Alex. VII. Consl. ed. 1663, Jul. 18, P. 9, & Inn. XII. Consl. ed. 1695, Jul. 3, P. 5. Alias vero facultates habet Inn. X. Consl. ed. 1647, Maji 14, P. 4. Item Alex. VII. Consl. ed. 1659, Febr. 22, P. 4. Et Inn. XII, Consl. ed. 1693, Sep. 1, P. 3.

ALEXANDER PAPA VIII.

Ad futuram rei memoriam.

Nimarum salutem Paterna charitate intenti supplicationibus dilecti filii Thyrri Gonzales Societatis Jesu Praepositi Generalis nomine nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, ac multorum praedecessorum nostrorum Romanorum Pontificum vestigiis inherentes, de Omnipotentis Dei misericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi, omnibus Christianis in quibuscumque Oceani Indiis, aut Sinarum Regione, vel Brasilia constitutis praesentibus, & futuris vere poenitentibus, & confessis, ac sacra communione refectis, quoties aliquem ex infidelitate, & Idololatria ad veri Dei cognitionem reducerint, plenariam; Nec non eisdem, etiam vere poenitentibus, & confessis die S. Thomae Apostoli in Indiis praedictis, vel aliquam ex certis dilectorum filiorum Presbyterorum Societatis Jesu Ecclesiis illarum partium, Deo, vel in honorem Sanctorum erectis, necnon omnes, & singulas hujusmodi Ecclesias Collegiorum, Domorum, & residentiarum ejusdem Societatis Regionum praefatarum, saltem inter se

per centum milliaria distantes, ut supra erectas, singulis annis quatuor diebus festis Domini Nostri, Beatae Mariae Virginis, aut Sanctorum per dictae Societatis Praepositum Generalem designandis, visitantibus, & inibi Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum sumentibus, ac pro Gentilium, & Haereticorum conversione pias ad Deum preces fundentibus, etiam plenariam.

§.1. Omnibus etiam, & singulis Presbyteris, quam aliis de dicta Societate existentibus, quos in in qualibet utriusque India Regione, vel Oceani Insula, aut navigatione pro fidei negotio eundo, vel redeundo mori contigerit, in cujuslibet eorum mortis articulo, saltem contritis, & confessis si communicare nequiverint, plenariam pariter:

§.2. Scholaribus vero in utraque India existentibus, ac Confraternitati B. M. Virginis ibi Canonice instituta adscriptis, qui in Annuntiationis, & Assumptionis ipsius Beatae M. V. festis, dictum Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum sumperint, & coronam, vel tertiam partem Rosarii recitaverint, necnon utriusque sexus Christianis aliarum ex Confraternitatibus canonice erigendis ingressis, qui in festivitate SSimi Corporis Christi, & illius octava poenitentis similiter, & confessi, idem Eucharistiae Sacramentum sumperint, & in cujuslibet eorum utriusque sexus Christianis mortis articulo, etiam poenitentibus, & confessis, ac sacra communione refectis, vel saltem contritis, si confiteri, & communicari non potuerint, plenariam similiter omnium peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino concedimus.

§.3. Insuper dictis Scholaribus hujusmodi Confraternitati adscriptis, qui in singulis ejusdem Beatae Mariae Virginis, ac Resurrectionis, Pentecostes, & Nativitatis Domini Nostri Jesu Christi festivitibus, confessi, & contriti, praemissa peregerint decem annorum de injunctis eis, seu alias quomodolibet debitis poenitentis; eis quoque, qui in singulis diebus veneris cujuslibet Quadragesimae devote processionibus publicis in partibus, & locis transmarinis ad orandum pro conversione Gentilium, & Haereticorum praefatorum juxta ritum Ecclesiae Romanae institutis, interfuerint, trium annorum. Reliquis vero omnibus eisdem processionibus praesentibus, contritis, & confessis, unius anni Indulgentiam largimur.

§.4. Quodque pro animabus eorum Christianis, qui in praefatis utriusque India navigationibus pro negotio fidei institutis ab humanis in charitate Christo conjuncti decesserint, confessi, ac sacra communione refecti, tertiam partem Rosarii, aut unam coronam recitaverint quoties id agent, toties per modum suffragii unam ex dictorum animabus a poenis Purgatorii liberare valeant.

§.5. Quodque Scholares utriusque India hujusmodi, qui in Scholis Presbyterorum dictae Societatis dant operam literis in Presbyterorum eorumdem Ecclesiis Missas, vel alia Divina Officia tempore interdicti, & cessationis a Divinis, ipsique Presbyteri eisdem Scholaribus praesentibus Januis clausis, & non pulsatis campanis, & dummodo ipsi causam hujusmodi interdicti non deriderint, & interdictis, ac excommunicatis ex clavis, audire, & celebrare respective possint concedimus, & indulgemus.

Itē pro Presbyteris, aliisque Societatis

Necnon pro Scholaribus, & Confratribus B.M.V.

Indulgentia 10. annorum & alia trium pro dd. Scholaribus.

Indulg. unius anni pro omnibus.

Indulg. plen. pro Defunctis.

Privilegium Scholarum tempore Interdicti.